

*Zwing. in Colloq. Marpurg. Anton. Sadaël de sacram. manduc. c. 3. p. 99.*  
*Vedel: in ration: Theol. l. 1. c. 6. p. 52. Photin: Socin: in defens. contra Eu-*  
*trop: c. 3. Id. c. 2. de Author. script. p. 24. Smalc: disp. 4. § 8. contra Frantz.*  
*Ostorod. Instit. c. 6. Volckel: ad vanam refutat. c. 8.*

v. 5.

XI. Nicodemo verba CHRISTI non rectè percipienti eadem responsio datur de regeneratione, quam ut primam viam & medium ordinariè ad vitam æternam perveniendi ipsi demonstrat: nullum autem initiationis medium aliud Scriptura nobis proponit, quam baptismum aquæ, *Tit III, 5. I. Pet. I, 21.* hic enim in locum Circumcisionis in V. T. à DEO mandatæ, *Gen. XVII, 14.* in N. T. à CHRISTO surrogatus est, *Colos. II, 11.* & talem regenerationem Nicodemus ignoravit, cui aliàs renovatio & pœnitentia, ut Pharisæo satis nota: præterea phrasalis hæc *γεννηθῆν ἐξ ὕδατος* nunquam in Scriptura aliter nisi pro lavacro aquæ sumitur, & specialiter accepta ab ipsa renovatione distinguitur quoad vocem *Tit III, 5.* & quoad rem *II. Cor. IV, 16.* Licet enim Photiniani *Moschor: in Cateches. p. 195. Catech. Racov. p. 230. Socin. in disp. de Baptis. c. 4. p. 45. seq. & Calviniani Piscat. in h. l. Scultet in Idea concion. p. 57. Tossan: Bulling: in Joban. p. 29.* itrenuè se torqueant in expositione vocis aquæ, quam mox de renovatione, mox de agnitione CHRISTI & consolatione fidei, mox de Spiritu S. intelligunt, de quo *Excellent. D. D. Gerhard. in Tom. IV. de Baptism. consuli potest,* propria tamen hujus vocis acceptione, maximè militat simplex vocis aquæ positio, quæ, quando in Scriptura pro Spiritu S. ponitur semper epitheton assumit *Job. VII, 38.* vel ejus sumptio & bibitio additur *Job. IV, 10.* Quid quod his verbis CHRISTO nondum baptizante quasi digitus intendatur in baptismum aquæ à Johanne peractum, *Matth. III, 6. Joban. I, 36.* & tota antiquitas, teste *Marlor: ex Bucero,* imò & ipse *Calvin: evidentia convictus in Epist. p. 377.* de baptismo hunc locum explicet.

XII. *Ἐάν μὴ ἴς.* Indefinita hæc locutio non extendenda est cum Pontificiis ad res inanimatas, mortuos, nondum vel ex parte tantum natos *vid. D. Gerh. d. l.* sed ad homines vivos tum adultos in fundamentis fidei institutos. *Matth. XXVIII, 29. Act. VIII. v. 37.* Contra Photin: *Ostorod. in instit. cap. XXXIX. p. 360. Socin. de baptism. cap. II. pag. 10 12. cap. XV. pag. 123. seq. cap. XVI. pag. 337.* absq; discrimine populi. *Matth. XXVIII. v. 29. I. Cor. XII, 13. Sexus Act. VIII. v. 27, 28. &*